

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio ba
cum fonte primo

Non nunquam
qui inter flagellorum duriciam remanent incorrecti
dulci sunt ammonicione mulcendi.

Nam plerumque quos cruciamenta non corrigunt

ab iniquis actibus lenia blandimenta compescunt
quia et egros
quos fortis pigmentorum pocio curare non ualuit
ad salutem pristinam tepens aqua reuocauit.

Gregorius in pastoralis capitulo XXXVIII.

Sciendum uero est, quia

nonnumquam

cum inter flagellorum duritiam remanent incorrecti,
dulci sunt ammonitione mulcendi.

Quos enim cruciamenta non corrigunt,

nonnumquam

ab iniquis actibus lenia blandimenta compescunt;

quia et plerumque aegros,

quos fortis pigmentorum potio curare non ualuit,

ad salutem pristinam tepens aqua reuocauit;

et nonnulla uulnera quae curari incisione nequeunt,
fomentis olei sanantur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.13
(SC 382, F. Rommel ed., p.340, ll.79-86).